



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu

Lamparter, Heinrich

Jngolstadii, 1662

Epistola III. Ad Qvendam Afflictvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43978

EPISTOLA III.

AD QVENDAM AP-
FLICTVM.HORTATUR AD OBEDI-
ENTIAM, EXEMPLO
CHRISTI.

Gratia & amor æternus Dei
 Domini nostri sit cum anima
 tua, novumq; illi immittat robur,
 & spiritum, quo animatus sanctifi-
 simam ejus voluntatem implere
 velis in omnibus. O si thesauros
 illos daretur intueri, quos in obe-
 dientiæ, sibi, ministrisque suis, præ-
 stitæ præmium largitur remunera-
 tor DEVS, nihil dubito, quin neq;
 bonorum sit aliquid, quod ijs præ-
 ponatur; neque malorum, quod à
 tanti boni prosecutione possit ab-
 sterrere. Subeat animum tantisper
 salutaris Servatoris nostri memo-
 ria, qui cum in horto Gethsemani
 solus, & lethali obrutus tristitia
 cum

l. tum imminentium rerum terri-
A F. bili metu, ad sanguinis usque sudo-
rem, prodigiosum luctaretur, nulla
BEDI. tamen ullius tœdij, horrorisque
O tanta fuit vis, quæ in implenda in-
tegerimè Patris æterni voluntate
augere faceret Filium; quin cor-
us Dei atè in medio dolorum suorum
anima istu clamaret: *Pater, non mea vo-*
trobatur, *untas fiat, sed tua.* O vocem! di-
sanctif. gnam illo, qui vivum exemplar
nplere obedientium, & unicum afflictorũ
esauos robur esset. Acceptavit hâc quasi
in obe- cœderis formulâ mansuetissimus
ais, præ Agnus, quidquid dolorum, timo-
munera rumq; tunc obversabatur animo,
in neq; cœctâ sui integerrimâ oblatione, ad
ijs præ omne tormentorum, quæ mane-
quod à rant innocentem, genus. Accepta-
offit ab- vit vincula, flagella, spinas, fel, ace-
antispet rum, crucem: sed & confundit ijs
memo- rem verbis mei, tuique animi te-
semant- rorem; inflammâtque ad hautien-
riffitia- tum viriliter, quidquid ex hoc ca-
cum

EX 2 lice

lice bibendum nobis apposuerit, neque recusandum quidquid vel ipse, vel vicaria ministrorum eius potestas imperaverit.

Sanè si innocentissimus Servator noster, obtemperandi æterno Patri suo studio, impijssimis justitiæ ministris licitoribus, sententijs contra se innocentem ab iniquissimis iudicibus injustè pronunciatis, submittere tamen se non dubitavit: quis horrebit, Servatoris sui amore, subesse ministro DEI imperanti, quæ divinæ Majestati sunt placita, ut ut alioquin imprudenti, moroso, imperioso, &c. Pudeat tam parca, cum debeamus maximam, erga divinam Majestatem reverentiam: pudeat modicæ nimis fidei, pudeat inconstantia, in exequendis, quæ semel bene decrevimus: & eorum iteratâ repetitione novi sumantur spiritus. Quòd si enim ab hac arte deturbari te sinas, perdes quidquid

longa

longâ collectum est operâ, & tristis
tibi jactura, inimico lætitiâ faciet.
Quid, quod hæc etiam cogitatio
firmare in bene cœptis debet:
quòd ignotum nobis sit, quæ dies
illuceſſcat ultima. Quid si hæc qua-
dragesima suprema sit? Tum si co-
ram liceret experiori, quæ in pur-
gantibus flâmis tepidos exceptura
sunt tormenta, mille dubio procul
annos eligeres per ea, quæ modò
affligūt, ad versa exigere, quàm uni-
cum in terribili illa flamma herere.
Denique magnum mihi ad ardua
robur addidit hæc cogitatio. Da-
mnatus sum, vi modò contra me
pronunciatæ divinæ sententiæ, ad
purgantium flammaram suppliciū,
idque pro meritis meis paulò pòst,
exactâ hâc vitâ, irrogandum. Porrò
pauculis, qui viventi superant die-
bus, si quæ adversa imminent, lu-
bens amplectar, & feram: ità enim
expungi potest debitum, ut omni

memet supplicio penitus absolvam. Perpende, si placet, ista, & lege ex libello de Contemptu mundi cap. 14. 20. & 34. méque Deo commenda: ille lux tua sit, & robur tuum. Amen. Villagarcia, 10. Febr. 1594.

EPISTOLA IV.

ALTERI CVIDAM.

PRECATUR LÆTA FFESTA
PENTECOSTES.

Dignetur eam tibi DEVS per hæc festa S. Spiritûs, animi sanctè gestientis lætitiâ indulgere, quantam ego tibi pro meo intere, tuâque studio impensè precor. Hoc tibi velim exploratum persuasumque habeas, me neque sanguinis ac vitæ parciturum meæ, si nolle alio tibi pretio comparari DEVS, quæ modò ex animo precatus sum. Et sanè quid magni darem tandem postquam Dominus, & Servator noster,